UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

II. Quod oporteat consecrandum episcopum caute polliceri Canones seruare: sin autem, minime consecrari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

ANNO CHRISTI 787.

ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων δογμάτων, καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν. ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος αὐγασθέντες ὥρισαν τὰ συμφέροντα. καὶ οὓς μὲν τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, ὁ βεβηκὼς εἰς τρίτον οὐρανὸν καὶ ἀκούσας ἄρρητα ῥήματα Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαρρήδην βοᾷ.

β'.

Ὅτι δεῖ τὸν χειροτονούμενον ἐπίσκοπον ἀσφαλῶς συντάσσεσθαι τοὺς κανόνας φυλάττειν· εἰ δὲ μήγε, μὴ χειροτονεῖσθαι.

Ἐπειδήπερ ψάλλοντες συντασσόμεθα τῷ θεῷ· ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου· πάντας μὲν Χριστιανοὺς ταῦτα φυλάττειν σωτήριον, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχομένους ἀξίαν. ἔνθεν ὁρίζομεν, πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν, πάντως τὸ ψαλτήριον γινώσκειν· ἵνα ἐκ τούτου καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον οὕτω νουθετῇ μυεῖσθαι. ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν ἐρευνητικῶς καὶ οὐ παροδευτικῶς τούς τε ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον, τήν τε τοῦ θείου ἀπο-

ſex ſanctis & vniuerſalibus Synodis, atque his Conciliis quæ localiter collecta ſunt, in expoſitionem huiuſmodi decretorum promulgati ſunt: nec non & eorum qui a ſanctis patribus noſtris prolati fuiſſe probantur. Ab vno enim eodemque ſpiritu illuſtrati definierunt quæ expediunt. Et quidem quos anathemati tranſmittunt, & nos anathematizamus: quos vero depoſitioni, & nos deponimus: quos autem ſegregationi, & nos ſegregamus. Porro quos epitimio, id eſt pœnæ tradunt, & nos quoque ſimili modo ſubmittimus. Sine auaritia namque ſint mores, contenti præſentibus, Paulus aperte clamat diuinus apoſtolus, qui in tertium cælum aſcendit, & audiuit ineffabilia verba. *Hebr. 13.*

II.

Quod oporteat conſecrandum epiſcopum caute polliceri Canones ſeruare: ſin autem, minime conſecrari.

Quoniam pſallentes repromittimus Deo: *In iuſtificationibus tuis meditabor, non obliuiſcar ſermones tuos:* *Pſalm. 118.* omnes quidem Chriſtianos hoc ſeruare ſaluberrimum eſt; ſed præcipue hos, qui hierarchicam conſecuti fuerint dignitatem. Vnde definimus, omnem qui ad epiſcopatus prouehendus eſt gradum, modis omnibus pſalterium noſſe; vt ex hoc etiam omnis clericus qui ſub eo fuerit, ita moneatur & imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolita, ſi in promptu habeat legere ſcrutabiliter & non tranſitorie tam ſacros Canones & ſanctum euangelium, quam diuini Apo-

ſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam: atque ſecundum Dei mandata conuerſari & docere populum ſibi commiſſum. Subſtantia enim ſummi ſacerdotii noſtri ſunt eloquia diuinitus tradita, id eſt vera ſcripturarum diuinarum diſciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionyſius. quod ſi * diſceptauerit, nullatenus conſecretur. Ait enim * prophetice Deus: *Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.*

* Gr. hæſitauerit, & non ita facere ac docere libenter voluerit, nullat.
* Oſe. 4.

III.

Quod non oporteat principes eligere epiſcopum.

Omnis electio a principibus facta epiſcopi aut preſbyteri aut diaconi, irrita maneat ſecundum regulam quæ dicit: * Si quis epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur: & * ſegregentur omnes qui illi communicant. Oportet enim vt qui prouehendus eſt in epiſcopum, ab epiſcopis eligatur; quemadmodum a ſanctis patribus qui apud Nicæam conuenerunt, in regula definitum eſt, quæ dicit: Epiſcopum conuenit maxime quidem ab omnibus, qui ſunt in prouincia, epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit aut propter inſtantem neceſſitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis in idipſum conuenientibus, & aliis per literas conſentientibus, tunc conſecratio fiat. Firmitas autem eorum quæ geruntur, per vnamquamque prouinciam metropolitano tribuatur antiſtiti.

Canon. apoſt. 30.

* Gr. ſegregetur, & omnes qui

Can. 4.

στόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν γραφήν· καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν λαόν. οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, εἴτουν ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, καθὼς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος. εἰ δὲ ἀμφισβητοίη, καὶ μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ χειροτονείσθω. ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ θεός· σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε, τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.

Anno Christi 787.

γ'.

Ὅτι οὐ δεῖ ἄρχοντας ψηφίζεσθαι ἐπίσκοπον.

Πᾶσαν ψῆφον γινομένην παρὰ ἀρχόντων, ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, ἄκυρον μένειν κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν, ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι· ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.